

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caritas o  
cum fonte primo

Caritas ad cuncta uirtutum facta dilatatur  
que a duobus preceptis incipit,  
sed se ad innumera extendit.  
Huius caritatis inicium est dilectio Dei  
et proximi,

Sed haec eadem lex multiplex dicitur,  
quia studiosa sollicitudine  
caritas ad cuncta uirtutum facta dilatatur.  
Quae a duobus quidem praeceptis incipit,  
sed se ad innumera extendit.  
Huius namque legis initium dilectio Dei est  
ac dilectio proximi.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10.6  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.539,  
ll.52-56).

quia

per amorem Dei amor proximi gignitur,  
et per amorem proximi amor Dei nutritur;  
nam qui Deum amare negligit,  
profecto proximum diligere nescit.

Gregorius libro X. moralium.

Quia autem duo sunt praecepta caritatis,  
Dei uidelicet amor et proximi,  
per amorem Dei amor proximi gignitur,  
et per amorem proximi Dei amor nutritur.  
Nam qui amare Deum neglegit,  
profecto diligere proximum nescit;  
et tunc plenius in Dei dilectione proficimus,  
si in eiusdem dilectionis gremio prius  
proximi caritate lactamur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7.24  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.352, ll.5-11).